



Junctâ humili petitione, quatenus regulas &c. hujusmodi admittere & approbare, perpetuisque futuris temporibus observandas esse decernere dignaremur.

**N**Os igitur JOANNES ANDREAS VICARIUS GENERALIS antefatus, omnibus & singulis diligenter examinatis, auditoque desuper sacrosanctæ Theologiæ Doctoris & Examinatoris Synodalis voto, attendentesque, quod hujusmodi Regulæ &c. Non solum non contradicant ulli seu fidei, seu morum principio, sed magis foveant ac accendant præcipuum erga sanctissimum Sacramentum amorem, & exinde unionem charitatis & unitatis inter ejusdem sanctissimi Sacramenti devotissimos Mystas, Ministros & Confratres firment; hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas Regulas &c. admittendas & approbandas, nec non perpetuis futuris temporibus accuratè observandas esse decrevimus; quemadmodum, citra tamen cujuscunque præjudicium, autoritate Archi-Episcopali ordinariâ, quâ hâc in parte

parte fungimur , admittimus , approba-  
mus , nec non decernimus per præsentés ,  
itã tamen , ut singulis annis , vel ad sum-  
mum bienniis , super ređitibus , & statu  
confraternitatis , coram illis , ad quos  
spectat , in præsentia tamen pro tempore  
Decani Christianitatis Tolpiacensis , ad  
hunc finem maturè satis vocati , ac nostro ,  
sivè potius nomine Serenissimi & Reveren-  
dissimi Archi-Episcopi ac Principis Electo-  
ris Coloniensis Domini Nostri Clemen-  
tissimi pro tempore Præsidentis , rationes  
& reliqua præstentur , desuperque per eun-  
dem Dominum Decanum ad Protocollum  
officii nostri singulis vicibus , cum expres-  
sione datæ præsentium fideliter referatur.  
In fidem has manu propria subscriptas officii  
nostri Sigillo majori muniti jussimus. Co-  
loniæ 2dã Aprilis 1750.

( L. S. )

J. A. F. de Sierltorpf  
V. G. mppã.

J. Dux Protonotarius in  
Spiritualibus mppã.